

Sermo

id

um in celum. **Unde Galfrius.** Ligatur pedes: ut nunquam mutet affectus confirmatus in malo ligantur manus ut cesset actio. **Ecc. ix.** Quodcumque potest manus tua iustanter operare. quia nec opus nec ratio. nec scientia nec sapientia erit apud inferos quam tu properas. **Prophete in tenebras exteriores.** ubi erit fletus et stridor. **27.** Propter vermes conscientie. **Bernhardus.** Fletus ab igne qui non extinguitur. **Stridor** ob vermes qui non moritur. **Psalm. ultimo.** Vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur. **Galfrius.** Poterit totum conuiuium reprobe multitudinis. scilicet panis doloris. et potus amaritudinis. **psalm. xxiii.** Amara erit potio bibentibus illa. nec tamen potus ille lacrimarum ardentem in flammis linguam refrigerabat quam stridor dentium lacerabit. **Apocalypsis. xvi.** Comandauerunt linguas suas pro dolore et blasphemauerunt deum celi pro doloribus et vulneribus suis. **Quid enim stridor dentium nisi irae furoris. nequicie malignitatis. in dictum liquidem ut ego arbitror nullum tormentum erit grauius malum quam malicia cordis et iniquitas ipsa peruersae voluntatis. nisi mirum passionum patientia subleuat. sic impatientia quamlibet leuem aggrauat. fletus ergo erit ex dolore. stridor dentium ex rancore.** **Sequitur.** Multi enim sunt vocati pauci vero electi. **Si vnus solus crederetur de toto humano genere periturus. pro se quilibet formidare deberet. ne ipse esset ille vnus. sicut cum dominus discipulis suis ait. Mathei xxiii. Haec vos me traditurus est**

centesimusquintus

o

ceperunt singuli dicere. **Quid ego sum domine. multo ergo magis qui omnia nouit. Multi sunt vocati pauci vero electi timere debet et tremere vniversi sicut in diluuiio de tot milibus tantum octo saluati fuerunt. et sicut de multis milibus hominum qui exierunt de egipto tantum duo perueniunt in terram promissionis. ita pauci erunt electi respectu multitudinis dampnatorum.** **Galfrius.** Nemo miretur quod in multis vocatis inueniatur sic paucitas electorum. cum in messe ad quantitatem stipule palee sursum parua est quantitas simile prioris

Epistola ad Ephesus. vi.

Matres confortamini in domino et in potentia virtutis eius. **Induite vos armaturam dei. ut possitis stare aduersus insidias diaboli. quoniam non est vobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem. sed aduersus principes et potestates aduersus mundi rectores harum tenebrarum. Contra spiritualia nequicie in celestibus. propterea accipite armaturam dei ut possitis resistere in die malo. et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate. et indui lorica iusticie. et calciati pedes in preparatione euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite. et gladium spiritus. quod est verbum dei.**

Euangelium. Iohannis. iiii.